



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enarrationes Vocvm Priscarvm In Libris De Re Rvstica**

**Georgius <Merula>**

**Lvgdvni, 1549**

Colvmellae Vita, Ex Ipso Opere Collecta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12996**

COLVMELLAE VITA,  
EX IPSO OPERE  
COLLECTA.

GADITANVS fuit, id quod coniucere licet ex lib.  
G quinti cap. quinto, cum ait, M. quidem Columella pa-  
triuus &c. item libro septimo, cap. i i. ubi ait, Nam cum in  
Municipium Gaditanum &c. Item lib. octauo, cap. decimo-  
sesto : ubi est, Ut Atlantico Faber qui generosissimis pisci-  
bus adnumeratur in nostro Gadium municipio &c. item  
lib. x. de lactuca hoc uersu, Et mea quam generant Tartesi  
littore Gades. v i x i t Claudi Impera. temporibus, id  
quod coniuciatur ex lib. i i i. cap. i i i. ubi Senecæ, eiusq; ui-  
nearum, & Nomentanæ meminit regionis. Cor. Celsi coæ-  
taneus, cuius non sine honoris præfatione, animiq; candore  
sæpius mentionem facit. s c R I P S I T x i i. de Re rustica  
libros (de eo autem qui est de arboribus ambigitur) non  
minus docte, quam diligenter. Librum item Lustra-  
tionum sacrificiorumq; priscorum pro frugibus:  
cuius meminit lib. i i i. cap. x x i i. Libros  
quoq; aduersus Astrologos & Chal-  
dæos: quos se profitetur compo-  
suisse, lib. x i. cap. i. Hacte-  
nus quod astruere  
possimus.

\*